

LIBER PRIMVS.

rius, ut singula superiora ad unguem inferioribus re-
 spondeant, à dextra auferendus est inferior à superiore
 & quod superest sub linea describatur, deinde fini-
 strorsum, donec quenq; inferiorem à superiore dedu-
 xeris, residuo sub linea notato: 0, id est nihil à supio-
 re sublato relinquuntur 2, quæ subscribere oportet,
 & 3 à 5 supsunt 2, & 4 à 6, 2: & 7 ab 8, 1
 Summa igitur residui

1	2	2	2.
8	6	5	6
7	4	3	0
1	2	2	2

Si fuerit superior minor inferiore, aut nota acularis,
 adijcendus est ei cogitatione denarius, & inferiori pro-
 ximo uersus sinistram unitas, hoc pacto 5 4 14,
 nam ei cogitatione accessit denarius, relinquuntur 9,
 deinde inferius secundo loco ubi sunt 4 dic 5
 (adiecta est enim unitas) à 5, superest nihil, scribe
 notam 0, & 0, ab 0, manet 0 & 2
 à 3, superest 1. Residuũ uniuersum 1009.

3	0	5	4
2	0	4	5
1	0	0	9

Si fuerint in superiore plures notæ aculares, & non ni-
 si tertio aut quarto uel etiam ultimo loco, posita nota nu-
 meri, in primo ad dexteram intellige 10, in reliquis ue-
 ro 9, inferiori autem adde unitatẽ super quem nota nu-

D 3